Flores Albumasaris.

Doctrina quo eligi debet d. anni


¶ Incipit tractatus Albumasaris florum astrologie.

Dixit Albumasar. Oportet te primum scire dñm anni Et scientia huius rei scitur hora introitꝰ solis in primũ minutum signi arietis. Scito itaqꝫ ascendens eadem hora quantũ plus certissime poteris: verifica cuspides duodecim domorũ celi. quia error cadit in hoc si negligitur. Et cum hoc feceris: aspice dñm ascendentis cum ceteris planetis: eũ qui tunc plus habet fortitudis ex testimonio circuloꝝ anguli. Et quemcunqꝫ planetã inueneris i ascendẽte decimo septimo aut quarto angulo: postea vndecimũ nonum: demũ quintuꝫ: et non ꝑponas medium celi ascendenti: nec quintã domum none: sed fiat ꝓm predictaꝫ rationem. Et si inueneris planetã in ascendente: non q̃ras aliuꝫ de his qui fuerint in alijs locis ex planetis. Sil'r si non fuerit in ascendente planeta ꝛ fuerit in medio celi: non respicias cetera loca ex planetis. Simil'r si non fuerit in medio celi planeta: sed in septimo non respicias cetera loca. Sil'r si nõ in septimo: sed in quarto nõ cures cetera loca ex planetis: ꝛ quẽ inueneris in his locis ipse erit dispositor anni: si fuerit ei aliq̃ dignitas domꝰ scꝫ aut exaltatio: triplicitas: terminꝰ: aut facies. Si autem fuerit in ascendente planeta cui nulla sit dignitas in eo: fueritqꝫ in medio celi planeta habens terminũ ꝛ faciem: qa duplicauit dignitatẽ: ipse est qui queritur ꝛ non q̃ras alteꝝ. Et si fuerit post hos in septimo planeta cui iuncta sit domus: exaltatio: terminus: triplicitas aut facies: ipse est quesitum.

¶ Triplicitas ignea orientalis.




Saturnus itaqꝫ
dominus anni
reptus si fuerit
in ♈ aut eius
triplicitate ap/
parebit in ciui
tatibus quib⁹
preerit signum de his que sunt in
diuisione orientis: ex diuitibus:
potentibus: atqꝫ imperantib⁹ qui
faciunt res per subtilia ingenia ⁊
dispositiones speciosas et osten/
tationem rerum mirabiliũ: ⁊ pro
digia absqꝫ aliq̃ festinatiõe: ymo
cũ silencio ⁊ pulcra apparatione
in eis. ¶ Q si fuerit ♄ boni esse in




loco significabit que dixi scz patientiam: suauitatem: et inquisitionez rerum
vniuersitatis: vulgi: ac rusticoꝝ. ⁊ obedientiam eorum erga regem cum hu/
miliatione eorum ad eum: et prolongationem eius vocis scz eius imperij: ⁊
sublimitatẽ ei⁹. ¶ Et si fuerit mali esse significat mortez diuitũ ⁊ eoꝝ inuidiã
⁊ odium: accusationes ⁊ negligentias cum odio rusticorum erga eos. ¶ Et
si fuerit cum eo iupiter: erit opus eorũ in hoc qđ dixi cum silencio ⁊ religiõe
⁊ ostensione fidei cum iusticia et obseruatione eorũ preceptoꝝ. ¶ Si autem
aspexerit eum ♃ ex dilectione: supueniet diuitibus qui morant̃ in regionib⁹
que sunt in diuisione ♈ vel eius triplicitate: donatiões ⁊ seruicia ex diuitib⁹
illis qui sunt in diuisione regionis signi illius in quo fuerit ♃ ⁊ subueniet eis
omne bonum in quo gratulabunt̃ ex eisdem partibus. ¶ Sed si fuerit aspe
ctus ♃ ad ♄ ex ☍ erit in loco donationis ⁊ seruiciorum: timor ⁊ contentio
ex ipsis ciuitatibus regionis que sunt in diuisione ♄ ad diuites earum ciui
tatum que sunt in diuisione ♃ : vel econtrario ad eos diuites qui sunt in di/
uisione ♄ petentes eorum bellum ⁊ traditionem: ⁊ erit hoc ſm quantitatez
graduum aspectus qui fuerint inter ♄ ⁊ ♃ vsqꝫ ad horam qua fuerit bellum
⁊ contrarietas. ¶ Et si fuerit aspect⁹ ♄ ad ♃ ex □ aspectu erit in loco belloꝝ
diuersitas in rebus inter eos qui fuerint in partitione ♄ ⁊ ♃.


SI autem fuerit
in loco iouis ♂
iūge illi esse qđ
exposui tibi de
esse satni cū fe-
stinatiōe in ope
ribꝰ diuituȝ qui
sunt in his regionbus cum multi
tudine celeritat ⁊ ꝯsiderationis
⁊ paucitate pietatis:misericordie
⁊ leuitat ¶ Q si fuerit eiꝰ aspectꝰ
ex trino vel sextili aspectu: veniet
super diuites qui sunt in diuisiōe
signi arietis:⁊ eius triplicitate ex
diuitibꝰ qui sunt ex diuisiōe signi
in quo est mars: donatiōes ⁊ ser




uicia: gaudium et leticia. Similiter in vniuersis rusticis eorum erit bonum
⁊ eorum ciuitatibus:et sustentatio erit illis ex ipsis ciuitatibꝰ que sunt in di-
uisione signi in quo fuerit mars.et afferentur res ex ipsis ciuitatibus ex na-
turis rerum que sunt illis ciuitatibus appropriate. Et iam patefeci tibi hoc
in libro maiori quem edidi in naturis climatum ⁊ ciuitatū:⁊ que applicant
his ex villis ⁊ naturis eorum ciuitatū. ¶ Q si aspexerit mars saturnū ex op
positione erit in loco donationuȝ ⁊ seruiciorum malum vt rixe et inimicitie
⁊ cōtrarietates inter diuites regionum signi in quo fuerit mars:⁊ ibunt ipsi
diuites ad ipsos ad expugnandum eos: vt expugnentur atqȝ expellantur.
Similiter ⁊ res que deferebantur ex his regionibus abscindentur ⁊ destru
entur:⁊ ciues eius erunt mali ciuibus harum regionū. ¶ Quia si fuerit aspe
ctus martis ex □ erit in loco timoris diuersitas et abscisio censuum ex illis
partibus ⁊ rerum quesitarum:⁊ non erit cum hoc guerra apparens.

ET si fuerit i loco martis sol erit cum hoc quod dixi de esse saturni in re diuitū: petitio regni τ speciositatꝭ: τ petitio rerum celestium. ¶Si vero aspexerit saturnū ex trino vel sextili aspectu veniet sup̱ diuites qui sunt in diuisione saturni donationes et seruicia ex diuitibus qui fuerint in diuisione signi in quo fuerit sol. τ afferentur ex his partibus bonum τ res venales: τ venient super rusticos rumores eos letificantes ex ipsis partibus: τ erit quod defertur in ipso anno ex substantia solis. Et iam exposui hoc in libro naturarum maiori. ¶Si autem aspexerit saturnum ex oppositione erit in loco donationum τ seruiciorum: rixa τ bellum in inquisitione eorū que significauerit sol ex speciositate τ regno in ipsis ciuitatibus: τ abscindetur quod afferebatur ex his de bono ad has ciuitates: et destruetur τ conuertetur quod veniebat ex rumoribꝰ letificantibus in rumores auditu terribiles. ¶Et si aspexerit sol saturnum ex quarto aspectu non erit bellum palam: sed inter diuites rixa erit atq; diuersitas consilij inter eos.






ET si fuerit i loco solis ven⁹ erit cũ hoc qđ dixi ex re saturni pꝛicipiuz ex petitione: petitio ludoꝛum et quietudo ⁊ delectatio ⁊ cantilene ac omnium ludoꝛũ apparitio: ⁊ apparitio eoꝛũ ac manifestatio eoꝛum: ⁊ ciuibus ipsarum ciuitatuz inter diuites et rusticos. ¶ Si autez aspexerit saturnum ex loco amicitie: venient super diuites qui sunt in diuisiõe signi in quo fuerit saturn⁹ donationes ⁊ seruicia ex diuitibus qui sunt in ciuitatibus que sunt in diuisione veneris. Ueniet enim ex eis omne bonum ⁊ erit quod afferetur in eodem tempoꝛe ⁊ ꝙ inclinantur omnes ad res veneriles. ¶ Poꝛro si aspexerit eum ex loco inimicitie erunt in loco donationum ⁊ seruicioꝝ bella ⁊ contrarietates: ⁊ pergent ipsi diuites ad bellũ eoꝛum diuitum: ⁊ abscindetur quod afferebatur ex ipsis ciuitatib⁹ ex bono ⁊ minuentur substantie ex ipsis partibus: ⁊ frangentur census: et venient rumoꝛes mali ⁊ fedi: ⁊ conuertetur omne bonum in maluz: ⁊ omnis leticia in cogitationez: ⁊ erunt radix hoꝛum omnium mulieres ⁊ res veneriles. ¶ Et si aspexerit saturnum ex quarto aspectu non erit bellũ apparens: sed erit diuersitas in rebus inter ipsos diuites ⁊ rusticos: ⁊ cum ciuibus eiusdez partī ita vt si esset genitoꝛ in ciuitatibus que sunt in diuisione saturni: ⁊ filius in ciuitatibus que sunt in diuisiõe veneris: caderet inter eos diuersitas in omni ꝙ describent inter se in re ⁊ in negociationibus et ceteris causis: et similiter erunt in omnibus hominibus et propinquis que dixi de re planetarum et eoꝛum aspectibus in hoc libꝛo.



SJ autem fuerit in loco veneris mercurius erit qđ dixi de reb⁹ saturni in petitione diuitum petitio grãmatice ⁊ fecunditatis locutionis et philosophie ⁊ astronomie ⁊ medicie et dyaletice. Et apparitio eorum in hoc tpe in diuitibus ⁊ ciuibus regionũ q̃ sũt in saturni diuisiõe. ¶ Et si aspexẽit mercuri⁹ saturnũ ex trino vel sextili aspectu veniet super diuites qui sunt in ptitione arietis ⁊ eius triplicitate: dona ⁊ exẽnia a regibus qui sunt in ciuitatibus que sunt in partibus mercurij omne bonum: et afferentur inde res venales ⁊ substantie: ⁊ multiplicabunt̃ substãtie census ex eis: ⁊ laudabitur hoc in ciuitatibus que sunt in diuisione saturni: ⁊ erunt plus harum rerum res mercuriales. ¶ Si vero aspexerit saturnũ ex oppositione erit in loco donationum ⁊ seruiciorum contrarietas ⁊ bellum: ⁊ pergent hi diuites ad bellanduz hos diuites: ⁊ abscindetur quicquid afferebatur ex bono: ⁊ minuet̃ substantia ex eisdem partibus: ⁊ frangentur census: ⁊ venient rumores mali ⁊ fedi: ⁊ defugiet omne bonuz: ⁊ apparebit omne malum ex ipsis ciuitatib⁹ Hoc erit si fuerit mercurius indutus malis id est si habuit cum eis aliquaz complexionem. Et si fuerit indutus fortunis in hora coniunctionis sue erit minoris mali ⁊ minoris impedimenti: sed non prohibet opus aspectus oppositionis eius impedimentum. Scito hec ⁊ intellige eum. ¶ Et si aspexerit mercuri⁹ saturnũ ex □ aspectu non apparebit bellum: ⁊ erit diuersitas inter diuites: ⁊ diuersitas etiam erit inter rusticos ⁊ milites. Et erũt causa huius rei res mercuriales: ⁊ hoc totum patet in libro naturarum maiori.




Cum fuerit in loco mercurij luna erit tunc cū hoc qđ dixi ex re saturni in petitione diuitum apparitio legatoꝝ legatoꝝ ⁊ exploratoꝝ: ⁊ constitutio rerū venaliū: habundauerit hoc apud diuites ⁊ rusticos ĩ eodem tp̄e. ¶ Qꝫ si fuerit aspectus lune ad saturnū ex trino vel sextili aspectu. venient sup̄ diuites qui sūt in diuisiōe ♄ ex eis in diuisiōe lune donationes ⁊ seruicia ⁊ afferent̄ ex ipsis ciuitatib⁹ res venales ⁊ multiplicabunt̄ substātie ⁊ census ex his que sunt de natura lune: ⁊ defferent̄ ad ciuitates in quib⁹ fuerit saturnus ⁊ erūt plus hoꝝ res lunares. ¶ Et si aspexerit saturnū luna ex oppositione erit in loco donationū ⁊ seruicioꝝ bellum ⁊ cōtrarietas ⁊ ibunt ipi diuites ad bellādū hos diuites: ⁊ abscindet̄ quicqd defferabat̄ ex ipsis partibus ⁊ frangent̄ census ⁊ inuenient rumores malos ⁊ terribiles ⁊ frustrat̄ omne bonū ⁊ cōuertet̄ ⁊ fiet malū. ¶ Et si fuerit aspectus lune ad saturnū ex quarto aspectu: nō apparebit bellū: ⁊ erit inter diuites ⁊ rusticos diuersitas ⁊ inter propinquos cōtrarietas causa rerum lunariū.

¶ Triplicitas terrea meridionalis.



¶ Saturn⁹ cū fuerit domin⁹ anni ⁊ fuerit in thauro aut eius triplicitate erit omne quod predixi de re saturni in diuitibus ⁊ rusticis: ⁊ bonū ac malum quod erat in parte orientis: erit in parte meridiei in ciuitatibus que sunt in diuisione signi in quo fuerit saturnus ꝫm quod exposui tibi.

Triplicitas aerea occidentalis.



¶ Cum fuerit saturnꝰ in geminis aut eius triplicitate: erit omne quod dixi ex bono vel malo in parte septẽtrionis.

Triplicitas aquea septẽtrionalis.



¶ Cum fuerit saturnus in cancro aut eius triplicitate: erit omne quod dixi ex bono vel malo in parte septẽtrionis.

Iupiter cũ pfuerit anno ꝛ fuerit dñs eius: descẽderitq̃ȝ in arietẽ aut triplicitatẽ eiꝰ: apparebit in ciuitatibꝰ qbꝰ p̃erit versus orientẽ. Religio ꝛ quietudo ꝛ apparitio sectarum ꝛ obseruatio p̃ceptoꝝ cũ iusticia ꝛ opus bonũ. Qđ si fuerit tũc iupiter boni eẽ significat multitudinẽ substãtiaruȝ illis diuitibꝰ ꝛ bonitatẽ animi eoꝝ ꝛ gaudiũ eoꝝ ꝛ obediẽtiã rusticoꝝ: ꝛ dilectionẽ eoꝝ erga eos in eodẽ loco. Qui si fuerit mali esse significat ꝯtrarietatẽ eoꝝ. ¶ Et scito qđ opus in ioue in aspectu planetarũ ad eũ fit sicut opus in re saturni ꝛ aspectus planetarũ ad eũ equaliter. ¶ Qđ si fuerit iupiter in tauro vel eiꝰ triplicitate: apparitio eoꝝ ex euẽtibꝰ erit ĩ parte meridiei. ¶ Et si fuerit in geminis aut eiꝰ triplicitate erit apparitio eoꝝ que dixi ex euentibꝰ in parte occidẽtis. ¶ Si vͦo fuerit iupiter in cancro aut eiꝰ triplicitate apparitio eoꝝ que dixi ex euẽtibꝰ erit in parte septẽtrionis. ¶ Et scito qđ hoc qđ dixi tibi ex opere ĩ re iouis vt probarẽ eũ ꝛ hoc quod dixi tibi de re saturni est ex secretis sapiẽtie astroꝝ in reuolutione annorũ.

SI fuerit mars dñs anni ꝛ ꝑfuerit ei:fueritqꝫ in ariete aut eiꝰ triplicitate:apparebit in ciuitatibꝰ quibꝰ ꝑest versus orientē malū ꝛ iniuria ac rapina ꝛ imitatio ad bella ꝛ fuga in exercitu instrumētoꝝ belloꝝ. Et docebūt hoīes filios suos bellū ꝛ luctamina ꝛ res marciales. ¶ Qđ si tūc mars ī loco suo fuerit boni eē significabit victoriā regis sup inimicos suos ꝛ eoꝝ qui cū eo cōtendūt ꝛ magnitudinē cordis sui ac celeritatē ꝛ dilectionē rusticoꝝ cū hoc ꝛ obediētiā eorū erga eū. Et si fuerit mali eē significabit paucitatē victorie sup suos:ꝛ qđ ipsi eū vincent ꝛ paucitatē stabilitatis super res vtiles ꝛ iustas ꝛ eiꝰ deiectionē in oī qđ opaẗ. ¶ Et opus in re martis ꝛ aspectus planetarū ad euꝫ est sicut opus in re saturni ꝛ aspectꝰ planetarū ad eū equaliter. ¶ Cū fuerit mars in tauro aut eius triplicitate erit apparitio horū que dixi tibi ex euentibꝰ in parte meridiei. ¶ Cū fuerit mars in geminis aut eiꝰ triplicitate erit apparitio eoꝝ q̄ dixi ex euētibꝰ in pte occidētis. ¶ Et si fuerit in cancro aut eiꝰ triplicitate erit apparitio eorū que dixi tibi ex euētibus in parte septētrionis.

SOl cū fuerit dñs anni significat gloriā ꝛ sublimitatē regis ꝛ petitionē altitudinis regū ꝛ omniū sublimitatū ꝛ ostēsionem vtilitatis ac ꝑfectꝰ amorē ꝛ affectū in rebꝰ diuinis ꝛ mltitudinē eoꝝ ꝛ in ceteris hoībꝰ qui sūt ipsis ciuitatibꝰ q̄ sūt in diuisione signi ī quo est sol vnusqsqꝫ hō ẜm quātitatē sue nature. ¶ Qđ si fuerit sol in ariete aut eiꝰ triplicitate erit ī pte oriētis. Et si sol fuerit boni eē ī loco suo sigt rectitudinē militū ꝛ eoꝝ iusticiā ꝛ aptionē eoꝝ atqꝫ victoriā de inimicis eoꝝ ꝛ de his qui cōtēdūt cū eis. Si vō fuerit mali eē ī loco sigt paucitatē apparitionis diuitiarū in ipsis ciuitatibꝰ sup inimicos suos ꝛ causā honoris eoꝝ. ¶ Et si fuerit in tauro aut eiꝰ triplicitate erit apparitio hoꝝ q̄ dixi in pte meridiei. ¶ Et fuerit in geminis aut eius triplicitate erūt ea que dixi in parte occidētis. ¶ Si in cancro aut eiꝰ triplicitate erit apparitio eoꝝ q̄ dixi ex euētibꝰ in parte septētrionis.

VEnus cū fuerit dña anni ꝛ descēderit in arietē aut eius triplicitatē apparebit in ciuitatibus quibus preest petitio ludorum ꝛ cantilenarū ꝛ opera instrumētoꝝ ꝛ doctrina hominū in ipo tpe ꝛ cupiditas diuitū ꝛ rusticoꝝ in hoc. ¶ Et si fuerit venꝰ tūc boni esse significat subtilitatē animi ꝛ gaudium ꝛ leticiā diuitum ꝛ rusticoꝝ adeptionē regionis ꝛ victoriā eorum cum inimicis eoꝝ qui cum eis contendūt. ¶ Si aūt fuerit mali esse significat hoꝝ omniū cōtraria. ¶ Si fuerit in tauro aut eius triplicitate erit apparitio hoꝝ que dixi in parte meridiei. ¶ Si in gemini aut eiꝰ triplicitate erūt hec in parte occidentis. ¶ Si in cancro aut eiꝰ triplicitate erūt hec in parte septētrionis.

MErcurius cum fuerit dominꝰ anni ⁊ fuerit in ariete aut eiꝰ
triplicitate apparebit in diuitibus ciuitatū quibus p̄sūt
signa illa in parte orientis petitio sapientiaꝝ astronomie
scilicet ⁊ medicine ⁊ philosophie ⁊ subtilitatis in his. Et si
militer in rusticis ⁊ docebunt homines filios suos hoc.
¶ Qđ si fuerit mercurius boni esse in eodem loco signifi-
cat pulchritudinē ⁊ honestatem in diuitibus ⁊ adeptionē
eorum atq; victoriā de inimicis eorum ⁊ pulchritudinē atq; honestatē eoꝝ
iudicum: episcoporū: abbatum: ⁊ ceterorū talium ⁊ negociatoꝝ puerorum
atq; concubinarū diuitū. ¶ Si vero mali esse significat horum omniū con-
traria. Et opus in re mercurij per aspectū planetaruꝫ ad eū erit sicut in ope
re saturni equaliter. ¶ Et si fuerit in tauro aut eius triplicitate erit quod di
ctum est in parte meridiei. ¶ Si in gemini in parte occidentis. ¶ Si in can
cro in parte septentrionis.

LUna cum fuerit domina anni ⁊ fuerit in ariete aut eius
triplicitate apparebit in ciuitatibꝰ quibus p̄est versus oriē
tem frequentatio susurrationis cum multitudine legatoꝝ
⁊ rumorum ⁊ delectabuntur diuites ⁊ rustici in his. ¶ Et
si fuerit boni esse significat apparitionē itinerū ⁊ semitarū
cum saluatione peregrinantiū ⁊ adeptionem diuitum cuꝫ
victoria contra inimicos eorum. ¶ Si autem fuerit mali
esse significat econtrario in vniuersis. Et opus lune per aspectum planeta-
rum ad eum erit sicut in re saturni. ¶ Et si fuerit in tauro aut eius triplicita
te erunt hec in meridie. ¶ Si in gemini in occidēte. ¶ Si in cancro aut eiꝰ
triplicitate erunt hec in parte septentrionis.




SAturnus est significatoꝛ diuitũ antiquoꝝ religiosoꝝ agricolarũ ⁊ senũ. Qui cũ si fuerit impeditus hoꝛa reuolutiõis tũc destruit̃ quicq̃d est ei in indictione sua ex reb⁹. Si fuerit in signis hominũ significat ꝙ accidũt eis infirmitates longinque ⁊ tabefactio diuitũ: ⁊ erit destructio reꝝ victualiũ diuites efficient̃ paupes: paupes ṽo moꝛient̃ ⁊ cõtristabunt̃ magnati: eritq̃ exiccatio coꝛpoꝝ illoꝝ: i quoꝝ signis fuerit cũ macie ⁊ febꝛe terciana ⁊ quartana: fuga quoq̃ ⁊ inuolutio mentis angustie ⁊ timoꝛ moꝛtis ⁊ interfectio diuitũ. ¶ Qui si fuerit in signo terreo: significat destructionẽ eoꝝ que sunt in diuisione eius: vt seminũ penuriam eoꝝ atq̃ detrimentũ arboꝛũ ex vermibus in eas cadẽtes sicut locuste. ¶ Et cũ fuerit in signis aeris significat grauitatẽ frigoꝛis cũ multitudine nebularũ gelu foꝛte ⁊ coꝛruptionẽ cõplexionũ aeris ⁊ tonitrua ⁊ coꝛuscationes fulminũ atq̃ impedimẽtũ ex multitudine pluuiarũ. ¶ Et cum fuerit in signo aquatico significat impedimenta in fluminibus ⁊ maribus in naufragijs: ⁊ animalia patient̃ aquarũ. Si veꝛo aptus fuerit ⁊ sine impedimẽto aliquo

erũt ecõtrario ea q̃ dixi. ¶ Qui si fuerit impedit⁹ hora reuolutiõis iudica destructionẽ ⁊ ipedimẽtũ. ¶ Et si fortunat⁹ fuerit in signis hũanis dictũ est superi⁹. ¶ Et si in terreis figt tribulatiões ⁊ iiurias ex tremore ⁊ terre motu ⁊ destructionẽ domoꝝ: ciuitatũ ⁊ villarũ. ¶ Et si fuerit ĩ aereo erit corruptio aeris ⁊ ei⁹ tenebre cũ tonitruis ⁊ fulgorib⁹ cũ scintillis ignitis ⁊ fulminib⁹ in aere discurrẽtib⁹ ⁊ maxĩe si fuerit ĩfortunat⁹ in signis aereis. ¶ Et si fuerit ĩ aq̃ticis erit impedimẽtũ in aq̃ ⁊ naufragio ꝓstrationem nauiũ in mari in q̃ piclitabũt pegrinãtes in aq̃ ⁊ morient aĩalia aquaꝝ. ¶ Si aũt fuerit ĩ loco mali: fortuna verte sñiaꝫ ⁊ loco mali dic bonũ: ⁊ loco timoris securitatem. Et aspice planetã ĩpediẽtẽ eũ vel caudã ĩ q̃ signo sit q: si fuerit ĩ signo igneo erit radix ĩpedimẽti ex ignib⁹ ⁊ cõbustiõib⁹. ¶ Q: si fuerit ĩ signo lupoꝝ erit ĩpedimẽtũ ex lupis. ¶ Si aũt fuerit mal⁹ ĩ signo terreo erit radix ĩpedimẽti ex pte rerũ terrestriũ. Sil'r erit narratio tua ĩ ceteris signis. ¶ Si aũt aspexerit eũ fortũa ĩ hora reuolutionis iudica fortitudinẽ ⁊ bonũ. ¶ Si aũt aspexerit eũ mal⁹ iudica ẜm eũ q pluris fuerit testimonij ⁊ nõ frustraberis oĩno opus debile: q: natura facit op⁹ suũ nisi sit prorsus oĩno debilis. Scito hec ⁊ operare per ea ⁊ nõ errabis si deus voluerit.

Iupiter



Iupiter est significatoꝛ nobiliū ꝛ iudicū epoꝝ ꝛ cōsulū religiosoꝝ bonoꝝ ciuiū ꝛ sectaꝝ. Qui si fuerit īpedit⁹ hoꝛa reuolutionis tūc detrimētū patiet oē qḋ fuerit ei appropriatū. ¶ Qui si fuerit ī hūanis signis sigt̄ deiectionē nobiliū ꝛ diuitū ꝛ prauitatē rerū earū ꝛ paucitatē donationū eoꝝ ꝛ frustrationez oꝛdinū eoꝝ cū solicitudine erga ꝓpiquos suos destructionez quoqꝫ regnoꝝ babilonie ꝛ arabū ꝛ paucitatē subarū cū multitudine curiositatis: ꝛ erit hoc sup̱ ciuitates q̄ sūt ī diuisiōe signi in q̊ ♃ est cū exercitio mēdacij in locutiōib⁹ hoīuz cū ostēsiōe mali ꝛ īiuriarū ꝛ infirmitates corporuz cū debilitate acqsitiōis hoīuz. ¶ Si aūt fuerit ī signo terreo sigt̄ destructionē terraꝝ ꝛ paucitatē fructuū arboꝝ tritici ꝛ oꝛdei: ꝛ casū palloꝛis ī messib⁹ ¶ Si fuerit in signo aereo sigt̄ paucitatē pluuiarū ꝛ corruptionē vētoruz ꝛ aeris. ¶ Si aūt fuerit ī signo aq̄tico sigt̄ destructionē nauigātiū in mari cū paucitate eoꝝ acqtionis ꝛ ꝯsūptionē aq̄rū ꝛ paucitatē pisciū. ¶ Et si fuerit ī signo bestiali sigt̄ īpedimētū ī bestijs maxīe in his qb⁹ vtunt̄ hoīes de his q̄ ꝑtinēt ad ipsuz signū. ¶ Si aūt fuerit ī loco mali fortuna vte siniaz ꝛ dic loco mali bonū: loco īiurie iusticiā: deiectiōis sublimitatē dedecoris honorez ꝛ aspice planetā īpediētē eū in q̊ signo sit ꝛ cōmisce eū ꝛ loq̄re ẜm qḋ expositū est ī reb⁹ ♄ ꝛ sil'r ī iuuamēto ♃ cū fortūa vel malo erit narratio tua.




Mars quidem consiliatores bellorum ⁊ auctores guerrarũ ⁊ insurgentes contra regẽ: mortẽ quoq; subitaneã cũ multitudine infirmitatũ: febres graues ⁊ abscisiones viarũ: effusiones sanguinis: casum quoq; cõbustionis ⁊ fluminis ↄsumptionẽ. ¶ Qui si fuerit in terreis significat destructionẽ arborũ per combustionẽ caloris: ⁊ ventos validos nociuos ⁊ cõbustionẽ frugũ nouarũ in tempore suo. ¶ Qui si fuerit in aereo significat paucitatem pluuiarũ ⁊ grauitatẽ caloris: ⁊ fulmina ⁊ calores nociuos. ¶ Et si fuerit in signo aquatico significat periculosa naufragia nauigẽtiũ repẽte cum ventis fortiter flantibus. ¶ Et in signo quadrupedũ significat impedimentum in quadrupedibus quibus homines vtunt̃: ⁊ de his que pertinent ad ipsum signũ: postea aspice planetã impedientẽ eum in quo signo sit: ⁊ commisce locutionẽ tuam super hoc scd̃m quod dictũ est in rebus ♄. Et similiť erit narratio tua in indumẽto ♂ cũ malo vel fortuna sicut in ♄.



SOl significat magnates: diuites: et honorabiles. Qui si fuerit impeditꝰ hora reuolutionis detrimentū patiet᷑ omne qđ eius est: ita q̄ multum impedient᷑: ⁊ accidēt vniuerso vulgo: infirmitates. ¶ Qui si fuerit ī signis humanis erit impedimentū in his q̄ ꝑtinent ad eū de hoībus. ¶ Si in terreo erit in his q̄ sunt ex substantia terre ⁊ metalloꝝ. ¶ Si fuerit in aereo erit impedimentū in aere. ¶ Si in aq̄tico que sunt ex aīalibus aquarū impedimentum patient᷑. ¶ Et si fuerit in loco mali fortuna verte sentenciam ⁊ dic loco mali bonum: ⁊ aspice planetam impedientem eum vt supra.

Venus




VEnꝰ est significatrix mulierū sponsaliū. que cū impedita fuerit hora reuolutiōis impediet᷑ omne qđ eiꝰ est. ¶ Si in humanis signis impedimentū patiet᷑ quicq̄d eius est in hoībus. ¶ Si in terreis q̄ sunt ex substantia terre. ¶ Si in aereo q̄ sunt in aere. ¶ Et si in aq̄tico q̄ sunt ex substantia aq̄. ¶ Et si fuerit in loco mali fortuna verte sentenciā ⁊ dic loco mali bonum: et aspice planetā eum impedientez vt supra.



Ercurius est significator scriptorum arismetricorum nego-
ciatorum puerorum ac magistrorū operum. ¶ Qui si fuerit
impeditus hora reuolutionis: detrimentum patietur omne
quod eius est: ⁊ erit narratio tua super ea que ad ipsum per
tinent: ⁊ sup ostensum eius in signis humanis terreis aereis
aquaticis bestialibus sm aspectum quoqꝫ fortunatorum et
malorum ad ipsum: ⁊ sm indumentum eius cum ipsis sicut in ♄ dictuz est.

Luna



LUna est significatrix legatorum ⁊ legationū et vniuersitatis vulgi et eorum motus continentie et quietudinis omni die. ¶ Que cū impedita fuerit hora reuolutionis destruet omne quod ad eam pertinet. Et erit narratio tua super eam et sup omnia que eius sunt ꝯm presentiam eius in signis humanis: aereis terreis aquaticis bestialibus ꝯm aspectum malorum ⁊ fortunatoꝝ ad eam: ⁊ indumentū eoꝝ cum ea ex quibus signis eam aspiciunt quemadmodum dictum est de alijs. Scito ⁊ intellige hoc secretum: ⁊ nihil est quod tibi ocultari possit quod inuestigare volueris si deꝰ voluerit.

¶ De grauitate ⁊ leuitate annone.

SCies autē hec ex vtrisq; planetis superioribus: q̄a omnis grauitas est ex opere ♄: ⁊ omnis leuitas ex ope ♃. Quo tienscunq; ergo videris ♄ in reuolutione annoꝝ in signo in quo fuerit ☌ que significauit sectā: ⁊ non aspexerit eū ♃ aut ♀ cum ☊ hoc erit ex signis grauitatis sine dubio. Cōmisce igitur narrationē tuam super eum ⁊ ne timeas. Et si ita fuerit ꝙ sit cauda cū eo in vno signo iudica grauitatem annone: et terrorem hoīm: nisi aspiciat ♃ hunc locum: hora in qua separatur cauda ab eo. ¶ Item anni qui significant famem ipsi sunt quibꝰ prefuerit ♄ in ☌ aut ☍ in qua fuerit reuolutio: ⁊ eo grauius si fuerit in ☌ vel ☍ ☿ hoc autem fit in annis. ¶ In mensibus enim cū videris eum in ☌ aut ☍ in nono loco aut tercio hoc erit signū leuitatis. ¶ Scito igitur ascēdēs ꝑuentionis aut ☌ post hoc aspice dominū eius qui si fuerit auctus lumine vel cursu tunc augetur in precio annona in eodem mense: ⁊ similiter si fuerit in medio celi aucta augebitur eodē mō ꝑciū ānone. Et si fuerit minutꝰ cursu minuetur precium annone. Et si fuerit iens ad descensionē suam similiter descendet ꝑcium annone. Si vero fuerit in angulo subt̄raneo aut in septīo stabit in esse suo precium. ¶ In ceteris aūt rebus extra triticum et ordeum aspicias dispositorē anni si fuerit fortunatus: aspice etiam in quali signo sit ⁊ que sit substantia eiusdem signi. Qđ si fuerit de substantia ignis erit hoc in auro ⁊ argento: ⁊ in omni quod operatur per ignem. Qđ si fuerit in terreis erit hoc in rebus terreis. Si aūt fuerit in signo aeris tunc erit hoc in aīatis. Aspice locum eiusdem signi ab ascendente et loquere super illud. Aspice si fuerit in signis aquaticis: erit hoc in animalibus aque: et in omni quod de ea exit. Hec autē omnia loca in quibus fit omnis grauitas annone. ¶ Si autē in ♈ aut eius triplicitate fuerit: erit in parte orientis. ¶ Si in ♉ aut eiꝰ triplicitate in parte meridiei. ¶ Si autē in ♊ aut eius triplicitate erit in occidente. ¶ Si vero in ♋ aut eiꝰ triplicitate erit in septentrione. ¶ Considera forum annone cum ☉ intrauerit primum minutū ♈ siue signoꝝ in quibꝰ fiunt exaltationes planetarū que sunt mobilia. Nam descensio ☉ in primū minutum ♈ fortior ⁊ subtilior est omnibus descensionibus eiꝰ in signorum mobilium inicijs. He sunt descensiones eius in signis mobilibꝰ. Scito autē hoc secretum astronomie in foro vt nō transeas illud ad forum eundo. Et si volueris habere sciā alicuiꝰ rei nominatim: aspice planetā illius rei significatorem: ⁊ illius rei fori in quo signo sit: que res etiam illi signo attineat: ⁊ res que planete alicui attineat. iam alias dictum est.

¶ De pluuijs.

Scientia autē huius rei est ex ♂ cum fuerit in aliqua domoꝝ suarū hora reuolutionis hoc erit inicium pluuiarum multitudinis. Et cū fuerit in domo ♄ hoc erit iudicium paucitatis pluuiarū. In alijs vero domibus aliorum planetarum mediocritatem significat pluuiarum.

¶ De bellis ⁊ guerris.

Scientia bellorum ⁊ guerre est ex loco ♂ in ☌ eius cum ♄ ex ☍ eius aut □ Cum enim sic fuerit significat bellū. Et cum fuerit ♃ cum ♂ significat bellum quasi ad iusticie defensionem eoꝝ qui se dicunt hac causa iusticie imitare. Et sil'r ☌ planetarum ceterorum admisceri debent ſm quantitatē naturarū earum ⁊ aspiciat̄ esse imaginū in signis ſm qđ diximꝰ i libro imaginū

¶ De pestilentia.

In multitudine pestilentie ⁊ mortis scitur hoc ex alicuius principiorum ascendente cum ascendente alicuius principiorū quorū mētio ꝓcessit vt est signū ☌ p̄ntis anni: vel signū ☌ qđ significauit sectam: hec scꝫ cum fuerint impedita ⁊ dñi eorum erit pestilentia valida Et si quedam eorum fuerint salua erit mors ⁊ pestilentia ſm quant tatem illius. Considera hoc et inuenies illud et poteris iudicare mortem in dimidio hominum aut tercia aut quarta parte ⁊ non errabis.

¶ De terremotu.

Terremotus ⁊ diluuia sciunt̄ a ♄ cū fuerit radij eius in signis primarum coniunctionū ⁊ ascendentibus earum .i. in aliquo eorum signoꝝ quorum narratio ꝓcessit que sunt principia scꝫ signum ☌ id est ascendens anni. Et signum ☌ secte vel eius ascendens. Cū enim fuerit ♄ in eis ⁊ ꝓiecerit radios suos ad ea ex ☍ aut ex □ aspectu: ⁊ cum hoc sit ipse impeditus. Aspice eum si fuerit in signis terreis facit tenebras aeris ⁊ terremotus ⁊ fames. In aereis signis niues ⁊ frigus tenebras aeris ⁊ eius corruptionē: flatꝰ ventoꝝ eradicantium arbores ⁊ palmas. Si in aqueis submersiones ⁊ diluuia ſm quantitateꝫ fortitudinis ⁊ debilitatis sue erunt hec cōtingentia. Si in igneo facit in aere prodigia terribilia atqꝫ horribilia que sunt in aere. ¶ Sciūtur enī hec ex ♂ cū ipse prefuerit quibusdā annis quorū mētio precessit: postea euenerit vt in eodem anno in quo fueris presit eidem signo cui prefuerat p̄dictis in principijs. Scđm ergo quantitatem fortitudinis sue in eodē anno erit fortitudo eoꝝ que euenient ex predictis scintillis ⁊ prodigijs. ¶ Et scito ꝙ annus cum fuerit eius ascendens in fortitudine sua in eodeꝫ anno hora descensionis solis in primum minutū ♈ .i. cum fuerit ascendens signū fixuꝫ non reuoluas quartas in eodeꝫ anno: poterit enim tibi sufficere ascendens eiꝰ anni: fiducia enī hꝰ rei est signū fixum. Non enim indigebit reuolutione


quartarum et mensiū nisi ad forum ꝓprie preter cetera. Scito hoc: porro si fuerit signū cōmune: necesse est semꝑ vt reuoluas annū ad horā descensiōis solis in primū minutum ♎. ¶ Si vero fuerit ascendens anni signū mobile necesse est tibi eq̄re introitū solis in oī q̄rta ex reuolutione. Et opabisꝑ eas figuras sicut opatus fuisti in inicio anni: hoc est tp̄e descensionis in primuȝ minutū ♋ ꝛ primū minutū ♎ ꝛ primum ♑. ¶ Scito hoc ꝛ opare per illud q̄ inuenies in oī eo qđ opatus fueris in ascendentib⁹ harū quartarū sicut fecisti in reuolutione inicij anni eq̄liter. Et non aduertas te ad illud q̄ studiose ꝓbaui qđ dixerunt sapientes antiqui: ꝛ inueni partē euenire: ꝛ parteȝ errare: ꝛ hoc ꝓpter diuersitatē aspectuū qui variabilis est in oī mense. Nam ꝛ ipsi dixerunt non facias in ascendente q̄rte ꝛ in ascendēte ei⁹ mensis sicut facis in ascendente anni: q̄ facis in ascendente anni per planetā qui fuerit plus testimonij ꝛ loco fortis. ¶ Dixerūt enī non est necesse vt facias in ascēdentibus quartarū silr̄. sed aspicias planetā fortē in loco suo: non multitudine testimonij: sed bonitate loci tm̄. ¶ Dixerunt alij facias per dn̄m ☌ vel ꝑuentionis q̄ fuit ante hoc. Et si non aspexerit ascendēs erit ipsa tribulatio ꝓprie in ciuitatib⁹ q̄ sunt in diuisione ei⁹. Et fac in aspectu planetaruȝ ad eū sicut fecisti in ope planetarū ad ip̄m in ♈ ꝛ ei⁹ triplicitate: ꝛ loq̄re suꝑ parteȝ in qua erit impedimentū causa illorū in substantijs signoꝝ in quib⁹ fuerint planete aspicientes dn̄m q̄rte: sicut demonstraui in capitulo ♄. ¶ Si anteȝ fuerit ♂ in ♊ aut eoꝝ triplicitate: fueritq; ipse ♂ dn̄s āni ꝛ direct⁹ in angulo significat bellū ꝛ effusionē sanguinis ꝛ contentioneȝ: quia illa triplicitas est humane siltudinis. si retrograd⁹ fortitudinē eius ꝛ grauitateȝ. Si vero nō sit in angulis ꝛ sit direct⁹ ꝛ aspexerit ascendens significat infirmitatē ex ꝑte ventorū ꝛ sanguinis. Et graui⁹ in regione q̄ fuerit ex diuisione signi in quo descendit extra triplicitates. si retrogradus pestilentias. Et si non aspexerit ascendens fueritq; direct⁹ multitudinē cōbustionis ꝛ impedimēta ꝑ ignes ꝛ infirmitates malignas hominib⁹. ¶ Si fuerit ♂ in ♋ aut ei⁹ triplicitate ꝛ fuerit ipse dn̄s anni ac direct⁹ accident guerra ꝛ ꝯtentio in terram arabū et sanguis ꝛ pestilentia ꝛ mors supflua: ꝛ timebitur suꝑ regē mutatio a regiōe in regionē. ¶ Si aūt non sit in angulo ꝛ aspexerit ascendens sitq; directus in hoc cauendū est loq̄ in eo. si retrograd⁹ significat illius rei grauitatē. Si vero nō aspexerit ascendēs erit hoc singlr̄ in vno loco de aspectu planetarū ad eū est sicut in capl'o qđ precessit de ♄ ꝛ aspectu planetarū ad eum equaliter. ¶ Coniūctio ♄ ꝛ ♂ in signis: cum ꝯiuncti fuerint in ascendente alicui⁹ anni reuolutionis significant malū vniuersale in rusticis. ¶ Et si coniuncti fuerint in scđa ab ascendente anni signū est destructionū substantiarū eorū ꝛ domoꝝ: ꝛ tradeť obliuioni memoria diuitū: ꝛ supbient eoꝝ serui ꝛ milites ꝛ modicā fidē seruabunt eis. ¶ Et si ꝯiuncti sint in tercia significant destructionem domoꝝ religionis ꝛ descensum horribilium super deum colentes.

¶ Si vero piuncti fuerint in quarta destructionē edificioꝝ et mansionū ac fundorum. ¶ Si in quinta multitudinē destructionis in filijs ꝛ mutationē cordium amicoꝝ. ¶ In sexta significat impedimentū ꝑtinens ad animalia ꝛ oīa q̄drupedia quibus vtuntur hoies: ꝛ ad seruos suos et ancillas. ¶ In septima casum mali ꝛ rixe inter participes ꝛ piuges ꝛ ptendentes inter se et pquerentes exitum inimicoꝝ. ¶ In octaua multitudinē errantium ꝛ eorū mortem ꝛ inualitudinē ꝛ occupationē: et in petitionibus his que petuntur propter reliquias mortuorū: ꝛ cadet mors sup eos qui errauerint eo anno. ¶ In nona destruunt̄ vie ꝛ extrema ꝛ plus in his itinera quib⁹ peruenitur ad domos oratiōis maiores ꝛ nominatas. ¶ In decima destructionē esse regū ꝛ diuitū ꝛ mortē magni regis. ¶ In vndecima destructionē cadentez inter amicos: ꝛ mutabitur oīs habens amicū sup socium suum. ¶ In duodecima impedimentū descendens in oīa quadrupedia: cadetq; tribulatio in omnibus venditoribus bestiarū. ¶ Et omne quod dixi tibi de hoc erit in regionibus que sunt in diuisione signi in quo coniungunt̄. Etiaz si iungant̄ in signis ꝛ in termino alicui⁹ planete: tunc erunt tribulationes in ciuitatib⁹ diuisionis eiusdem planete cuius est terminus.

¶ De stellis fixis quid operantur in reuolutionibus ac natiuitatibus.

SCientia stellarum fixarum ꝛ earum opera patefaciaz tibi ¶ Scito igitur q̧ in capite ♈ sunt due stelle: vna. 13. g̃duū ꝛ. 25. minutoꝝ. altera. 14. g̃. ꝛ. 25. mi. ꝛ earum latitudo in septentrione: ꝛ complexio earum ex complexione ♄ ꝛ ♂. ¶ Pliades ex complexione ♂ ꝛ ☽. suntq; in ♉ inter. 9. g̃. ꝛ. 55. m̄. vsq;. 13. g̃. latitudo earum in septentrione. 6. gra. ¶ Aldebarā cuius nat̄a est ex nat̄a ♂ est in ♉. 19. g̃. ꝛ. 15 m̄. ¶ In ♊ est stella. 18. g̃. 55. m̄. In alio libro. 16. g̃. cuius latitudo meridiana: ꝛ complexio eius est ex cōplexione ☉. ¶ In ♋ sunt due stelle quaꝝ vna est. 12. g̃. ꝛ. 55. m̄. de cōplexiōe ♂. altera. 2. g̃. ꝛ. 55. m̄. de cōplexione ♄ ¶ In ♌ due quaꝝ vna est. 15. g̃. ꝛ. 55. m̄. altera. 7. g̃. ꝛ. 22. m̄. ꝛ earū latitudo septentrionalis: de complexione ♄. ¶ In ♍ est stella ex complexione ♂. 7. g̃. ꝛ. 1. m̄. In alio. 4. ꝛ alia de cōplexione ♄. 25. g̃. ¶ In ♎ est stella de cōplexione ♄. 26. gra. ¶ In ♏ tres stelle quaruz vna in. 1. g̃. ꝛ. 3. m̄. alia. 9. g̃. alia. 8. g̃. ꝛ. 7. m̄. ꝛ earum complexio ♂. ¶ In ♐ due parue quarū vna. 19. g̃ ꝛ. 2. m̄. alia. 21. g̃. ꝛ. 1. m̄. alia. 25. g̃. ꝛ. 8. m̄. et sunt de natura ♄. ¶ In ♑ due quarum vna mala. 27. g̃. ꝛ. 2. m̄. alia. 29. g̃. ꝛ. 5. m̄. ex cōplexione ♄. ¶ Vna in ♒. 9. g̃. ꝛ. 4. m̄. de complexione ♄. ¶ In ♓ vna. 4. graduū ꝛ. 7. minutorū In alio. 4.

¶ De domino anni quomodo infortunatur ex stellis.



